

# **Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 528**

In Notum qualiter quidam venerabilis diaconus nomine Engilperht et mater eius Perhthilt vel soror eius Heta cogitaverunt Tunc talem proprium et vestituram quam Engilperht et mater vel soror eius eo tempore habere viderentur ad Perge et ad Pohe seu mancipia X his nominibus Sigipald, Immina, Otfrit, Alprat, Irminheri, Sigimunt, Lira, Ellanpirn, Lantrih, Hartmot et Amalberto fratre eorum simul cum eis hoc confirmante in altare sanctae Mariae. Et fideiussores eis fuerunt ipse Amalperht, Heriolt, Liutpald eam traditionem firmare. Tunc postea dominus episcopus propter suam reverentiam praestabat illis basilicam I ad Pabharom cum ipsa vestitura et alia II colonia ad Pohhe et qualecunque illorum longius vivat, hoc habeat ei ad usum, post obitum vero illorum trium firmiter permaneat ad Frigisingas. Isti Haholf. Petto. Otperht. Ratpot. Uro. Hatto. Uuicco. Rihperht. Cundhart. Alauuih. Liutpald. Arperht. Crimuni. Nendilo. Adalhart. Heriolt. Hiltiuuart. Alius Rihperht. Deothelm. Actum anno Hludouuici imperatoris XII. indictione III.